

uellent absoluere, possit venire ad quod consilium uoluerit, et ipsum placitare. Et ad hoc ut pene bene exigantur a contrafacientibus, dominus dux et consilarii et Domini de nocte (1) debeant eis dare illum fauorem quem ipsi tenentur dare Cataueris (2). Et illi qui accusarent predictis prouisoribus illos qui facerent contra predictos ordines, taliter quod per eorum accusationem ueritas inueniatur, habeant quartum pene, in qua caderent illi quos accusabunt, a libris C infra. Et si illi quos ipsi accusarent condempnarentur a libris centum supra, habeant soldos ij pro libra de eo quod condempnarentur plus C libris. Et teneantur ipsi accusatores de credentia. Et propter istum laborem qui additur istis prouisoribus, habeant, a die qua habuerint ipsos ordines ad cameram suam in antea, soldos XL grossorum de salario in anno pro quolibet ultra id quod nunc habent. Et ut melius faciant officium, dominus dux et consilarii teneatur, quando dicti prouisores complerent officium, ponere eos ad unum ad unum in Consilio Rogatorum et Quadraginta, si videtur quod bene fecerint officium et quod sint confirmandi per unum aliam annum uel non. Et dicti prouisores teneantur, quando aliquis peteret in scriptis aliquos dictorum ordinum, ipsos facere eis dari.

Et si Consilium etc. [cioè: *est contra, sit reuocatum quantum in hoc*].

M. C. Deliberazioni, *Magnus*, c. 40.

---

(1) Signori di notte (magistrato).

(2) Ufficiali al Cattauer.